SAMMELHANDSCHRIFT

Entstehungsort unbestimmt, u. a. St. Dorothea (Wien) und Neustift, 15. Jh.

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35413
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

Dorm et novicij etiam si sint sacerdotes atque conversi serviat
per vices ad mensam per septimanam ut dictum est supra in quarentena
indebet. Si vero omnes professi fuerint sacerdotes et non sint
novicij neque conversi tunc quatuor iuniores sacerdotes
hoc faciant. Si vero fuerit unus solus non presbyter tres iuniores
presbyteri iuvent eum / tamen qui publicum officium cantat ea die non
ministrat ad mensam nisi postea suppleat. Item coquinarius cum lectore
et servitores mense comedat et prebendam sumat / nisi forte
propter lectorem mense audiendam aliud disponat / et tunc a servitoribus
mense qui fratribus carnalia et spiritualia ministraverunt. Ipsi quoque
sine ordine refici non debent sed versu suum coram mense stantes
dicant / nec simul sed singuli in suis locis residebunt. Cum autem
surgere voluerint antequam de loco se moveat senior / tunc autem
Domine dicet. Sicque surgentes gratiarum actionem coram mensa
complebunt seniore officiante. De comedente extra refectorium
vel extra monasterium Capitulum 37m

...orte[l] ...orte Egresso quietu de ... loco post prandium et cena lector et servitores mense ...

Quando prelatus cum aliquo fratre vel hospitibus aut fratres
aliqui in monasterio extra refectorium comedunt dicto
Benedicite habeat lectionem in principio mense et in fine / nisi
silentium solvat quousque aliquantulum lectum fuit. Deinde pre-
latus vel eo absente senior per benedicite silentium solvat.
Propter tamen inconsolatum plures lectio iteratur. Circa finem mense
dicto tu autem prelatus aut senior dicat Confiteantur vel Gra-
cia iunior vero sacerdos reliqua officiet. In fine senior
dicat Et animae omnium fidelium et Benedicite et Deus det vel
dicatur autem semper benedicite et gratias complete in monasterio fiat. Et
non interdum propter temporis brevitatem vel hospites quibus forte
onerosum foret loco psalmi Miserere dicatur psalmus Laudate dominum
omnes gentes / reliqua tamen integre perficiat. Extra vero monasterium
fratres comedant et finita tumultuosa circa mensam poterunt divertere
ad locum quietiorem et ibi gratias complere. De ieiunio et
abstinentia fratrum Capitulum 38m ~~laudetur Deus~~

Abstinentie sic sunt servande ut omnes fratres monasterij
professi et novicij debilibus et infirmis exceptis singulis
sextis ferijs per totum annum ob reverentiam dominice passionis ieiunent
et quadragesimalibus cibis / per totum vero annum ferijs quartis